

AD PRESTANTISSIMVM MVNIFICENTISSIMVMQUE VIRVM
 DOMINVM GERMANVM DE GANEIO ¹
 GEORGII HERMONYMI SPARTANI EPISTOLIVM.

Non satis est mortalium generi traditam litteris fuisse vitam optimorum virorum summorumque ducum ac maximorum imperatorum. Etenim oportuit etiam flagitiosissimorum facinorosissimorumque hominum mores ingeniumque memorie posteritati que cognoscendum dare. Nam, ut non inuenti fuissent qui patriam tutarentur nisi forent qui oppugnarent, ita non eniteret ² sanctissimorum vita ³, nisi litterarum beneficio noti nobis essent scelestissimi, vt, comparatione summarum virtutum viciorumque, quantum vtrinque interuallum intercedere ⁴ deprehendi posset. Legisti vitas integerrimorum prestantissimorumque virtutibus virorum : lege, oro, vitam Machometi, orbis euersoris. Hanc enim latinam e greca nomini tuo feci vt, cognitis summis eius sceleribus, sanctitas illorum quos legisti magis ac magis illustris probataque tibi sit et per te reliquis nota. Vale, decus ac columen vnicum nostrum.

84

Rubrica ptinēs ad principiū libri.

Traductio librorū Sancti Iohannis crisostomi Super matheum e greco ī latinū edita a Georio (*sic*) trapezoncio directaq; Sanctissimo presuli Nicholao pape. V.

In-folio de 252 feuillets non chiffrés, sans signatures ni réclames, sans date ni lieu d'impression: Le feuillet 128, qui est blanc, manque dans la plupart des exemplaires; la marge intérieure subsiste encore

1. Germain de Ganay, chanoine de Bourges, conseiller clerc au Parlement en 1485, doyen de Beauvais en 1502, évêque de Cahors en 1509 et d'Orléans en 1512, mourut le 8 mars 1520. Il était frère du chancelier Jean de Ganay (H. Omont, *Georges Hermonyme de Sparte*, p. 23, note).

2. Il y a *emitteret* dans l'original.

3. Il y a *vitam* dans l'original.

4. Il faut sans doute lire *intercederet* ou *intercedat*.

